biſ terra generaret. Factum eſt uerbum. uox ſecuta eſt. Uerbum enim
prius intus operatur. ſequitur uocis officium. Unde et dauid dicit. Cre
didi. propter quod locutus ſum. Prius credidit. ut loqui poſſet.
Factum eſt autem uerbum. ut ſanctus baptiſta iohannes penitentiam prędi
caret. et ideo plerique ſancto iohanni typum legis imponunt. eo
quod lex peccatum denuntiare potuit. donare non potuit. Lex
enim unumquemque qui uiam gentium ſequebatur. reuocat ab errore.
reſtringit a crimine. penitentiam ſuadet. ut gratiam eſſe
quaeratur. Lex autem et prophetę uſque ad iohannem. Iohannes autem prenuntius
christi. ita lex ęcclesię prenuntia et gratię penitentia eſt. Bene ita
que ſanctus lucas compendio uſus eſt. ut iohannem declararet prophetam.
dicens factum eſſe ſuper eum uerbum dei. alia non adderet. Nullus
enim eget indicio ſui. quem uerbo dei habundat. Unum itaque
dixit. et omnia declarauit. At uero ſanctus matheus et marcus ex
ueſtitu et cinctu et cibo prophetam declarare uoluerunt. eo quod
ueſtitum de pilis camelorum habuit. et zonam pelliciam ſuper lum
bos ſuos. Locuſtas autem et mel ſilueſtrę edebat. Prenuntius
enim christi non patiebatur immundarum perire exuuias beſti
arum. ipſo quoque ueſtitus indicio deſignans christum eſſe uen
turum. qui beluinis induuiis quę contexta ſunt per nostrorum deformi
tatem meritorum. gentilitatis immundę peccata ſuſcipi
ens. in illo tropheo crucis. amictu quodam ſe nostrę carnis
exueret. Quid autem ſibi uult cinctus zonę pellicię. niſi quod ca
ro iſta quę mentem prius grauare conſueuerat. ea poſt aduen
tum domini non impedimento cepit eſſe. ſed cingulo. eo quod et
iuxta dauid. in ſalicibus organa noſtra ſuſpendimus. et
iuxta apoſtolum confidentiam non habemus in carne. et confiden
tiam habemus in corpore. non habemus in uoluptatibus. ha
bemus in paſſionibus. quo ſpiritu feruens uigeat affectus. et ad
omne accingamur obſequium caeleſtium preceptorum. deuotio